

607.2
607.2

DIALOGUS
Pius non minus quam utilis,
 Super
 Obitum tristissimum
VIRGINIS CULTISSIMAE
IOHANNÆ
DOROTHEÆ,
 VIRI
 NOBILISSIMI AMPLISSIMI AC
 CONSULTISSIMI
 DOMINI
JACOBI HENR.
ZERNEKE
 Consulis in incluta Thorunensium Republica
 Longe meritissimi, dignissimi
 FILIÆ SVAVISSIMÆ,
 Primo ætatis flore, anno sc, Xmo cœtui mortalium
 d, xv. Martii a. c. clo 10 CCXVII. præmatura
 nimis morte circa 4tam matut. ereptæ,
Ipsa Funerationis Die,
 quæ erat xviii. m. d.
 institutus,
 Venaque qualicunque poetica
 donatus.
 Ab
HENRICO REICHELIO.



THORVNII,
 Impressit Ioh, Nicolai NOB. SENAT, & GYMN, Typographus,



Ira quidem dico, sed si quis pensaret aequa
Dicta animi trutina, mira futura minus.
Dico, piis nisus verbis (pro more,) Virorum
Summorum, propriis languida, nulla fides.
Scilicet in vita magis utilitatibus habere

Colloquium Mortis, sit licet illa ferox,

Quam Vitae: siquidem Sapientia suavis inesse

Fertur ei, contra non nisi vilius huic.

Hinc mihi cum multa venia moerore PARENTVM

Multo afflictorum pauca referre lubet,

Colloquiumque pium quoddam cum VIRGINE raptâ

Mortis vi nobis instituisse pia.

Ad perquirendam causam brevis hactenus actae

Illi⁹ vitae praerapidaeque nimis.

Siccine, posthabit⁹ terrae ludisque jocisque,

Hospitio migras, hospes amoena, tuo?

Sicne tuum linquis corpus, vah! flebile verbum,

Spem citra cunctam? quae, rogo, causa fuit?

Nonne DEV⁹ variis id ut & Natura benigna

Donis ornarat, praecepisque bonis?

Quae Tibi prosperitas, quae delectatio vitae

Defuit in grata virgineaque domo?

Nulla: sed aeterni, dicis, me gaudia coeli,

Gaudia, quae nunquam sunt peritura, vocant.

Quae nec Appellaeus liquor, aut Protogenis unquam

Artificis potuit pingere docta manus.

Sol ubi purpureis complectitur omnia flammis,

Igneque connivent sidera clara sibi.

De quibus & quodsi vellem modo plura referre,

Verba tamen desunt ingeniosa mihi.

Ergo quis Aegypti missis, iam quaero, periclis

Terram promissam nollet adire Canan?

Aeru-

Aerumnas quis tot, quis tot perferre labores
Vellit? ne referam cetera multa mala.
Haece tuae est animae responsio, VIRGO PV'DICA,
Ultimum d' his verbis sumis, AMICA, Vale.
Verum dixisti: cecidit Tibi pulchra, beata
Sors, nobis multis usque petenda modis.
Vivis servitiis immunis, laeta triumphans,
Servitus ast nosmet multa, tremenda tenet.
In speculo tanquam vidisti gaudia celsi
Ac oculis fidei magna futura poli,
Est ubi, ceu dixit SERVATOR, mansio multa,
Atque suis sedes grata parata piis.
Hinc minime mirum, quod spernas vana caduci
Mundi, qui saltim vana, caduca tenet.
Interca verotam cor per-triste PARENTIS,
Quamque PIAE MATRIS coniugiale gemit.
Qualis ubi liquidae riguis singultibus undae
Proluit aprici culta Galesus agri;
Talis in assiduos lacrymis iam solvitur imbres
Vultus, ut d' VESTRUM pectus inundat aquis.
Quatuor in fluvios abeunt iam lumina rivi,
Quaduplicis lacrymae fluminis instar eunt.
Sed modus, ah oculi! nimiis manare fluentis,
Etteneras fletu perdere velle genas.
Namque suam vitam, quam duxit FILIA VESTRA,
Longa DEO fuerat vita, brevisque Sibi.
Longa DEO fuerat, quoniam Illi, non Sibi vixit,
Hinc Sibi vita brevis, longa sed illa DEO.
Lustra duo tantum vita compleverat omni,
Et modo perlustrat gaudia tanta poli.
Mortua iam vivit, victuraque quaerere vitam
Nollet terrestrem, coelica, blanda placet.

Concidit

Concidit ante diem: sic MAGNE PATRONE quereris,

Concidit at voluit qua DEUS Ipsi a die.

Concidit ante diem: sic CONIUX CARA queretur,

Concidit ast hora, qua DEUS ipse jubet.

Justus Iustorum Iustissima Ianua Iesus

Iustis Iudicii, Iustitiæque Iubar

Hancce suam justam THEODORAM, nomine verso,

IOHANNAM patrio curat amatque sinu.

Hinc nil jam reliquum, corpus quam reddere terræ

Matri, quæ Mater nostra futura brevi,

Ac Tumuligrato signare Epigrammate Marmor

Hujus quod queruli forte tenoris erit:


† † †

Sic abiit rapidae mea parva Comoedia Vitae,

Finis & impositus, plaudite! laetus ei.

Munde Superbe, vale! tua gaudia fluxa, caduca:

Terra VaLe CoeLI gaVDla tVta Manent.



113407